

rim non ideo eadem videtur esse substantia specifica cœli & aeris, ut arbitrati sunt aliqui; licet unum sit expansum. Unde Esdras lib. 4 cap. 8. v. 41. distinctè loquitur, & nominat aërem expansi quem Deus creavit.

Accidentia vel affectiones cœli sunt.

I. **Quantitas**: quæ finita. Nam 1. Nullum corpus infinitum actu datur. 2. Ubi figura, ibi terminus superficiei & finitudo. 3. Cœlum est pars quantitativa mundi, qui finitus. Nisi quis ideò infinitum vocet, quod ejus quantitas à nemine finiri aut determinari queat. Est tamen cœlum quantitate maximum inter mundi corpora, quippe aëtherum maxima quantitate domicilium, & reliqua omnia continens atq; ambiens. Ista autem cœli quantitas certo numero non potest exprimi. Nam 1. Distantie stellarum ipsarum accuratè haberi non possunt. Ier. 31. fixarum quidem, ne in milleni se midiametris terrestribus, multò minus in milliariibus. In exactioribus enim Astronomis Tycho Brabe remotissimum Saturnum à terra distare ponit 12900. semidiametris terrestribus, & conjecturâ tantum ponit spatium aliquod inter Saturnum & fixas, ac si hæc à terra sine remota semidiametris 12000. 2. Aut haberetur fixarum distanti à terra

terra